celu. **p** ppa virtute. **T**ercio dñs ascendit patenter ut nobis viam p qua ascenderem9 onderet. **E**t io dicit ppheta micheas. **A**scendit iter pandes an eos. scz dcos suos. **E**t ue e ista via per qua ascende debem9. **C**erte h ept via penitencie et tbulacionis. **V**n legit in libro iiii. q filij isrl dicebat ad dnm cu debebat intrre terru pmissiois. p qua via ascenderem9. **R**espondit dñs. p desertu ydumee. **I**llud desertu intelligit pnia. p qua uel in qua. desert ppa volutas. q est ad ptra. **P**er ista via ascendit maria magdalena. et multi alij pctores. **I**tem i sequenti smone habent. **S**er vie p quas ascendere debem9. **Q**uarto dñs ascendit velociter. **P**s. Ascendit sup cherubin et volauit. **E**t certe velociter ascendit. qn tm spacu i momento trnsiuit. **D**icit em rabi moyses. q inter celu et terru tm spacu str. qntu homo in plana via posset ire quingentis anis. et septe sut celi. **V**nde ergo quatu illud spacu sit. qd ipse mictu oculi tran siuit. **M**utare ergo o homo velocitate corpis xpi. **V**mo poci9 letare et lauda. q velocitatem quale in corpe suo hodie ondit. tale in celo corpi tuo dabit. **P**hilipp m. **S**aluatore expectam9 dnm ihm xpm qui tformabit corpi humilitatis nre. cofiguratu corpi claritatis sue. **T**anta velocitate habebit corpi tui. q i ictu oculi moueri poteris de celo ad terru. et eq. **V**n dicit aug. **V**bi cuq voluit esse sps ptinus est et corpi. **V**n legit de quoda mocho. qui abbati suo apparens dixit ei statu suu. **E**t requisito de aia poris ei9 de cenobij desic. ti. rudit. **A**ia inq ei9 velocius fulmine volauit. **E**xemplo igit xpi ascendam9 et nos mentis gres sib9 ad ista terru. **C**ompellit em nos tria. **P**mo miserie huius

h.

f.

h.

l.

mūdi que multe sūt et que ibi
nō sūt. Vñ legit. Michae scādo.
Surgete et abite. qz nō habetis h
regem. Sedo facilitas optinen
di. Vñ in libro mū. dicit calef. As
cedam⁹ ut possideam⁹ terram. s.
pmissiōis. poterim⁹ de finali pos
sidere eā. Tercio qpellere nos
debet spūaliter ascendere ad illa
terā vera caritas quā oēs scī
ad ipām habuerūt. eo q ipm dñi
cū excitū angelico p infinitū secu
la laudare desiderauerūt. Dic
corde ascendit miles quidam qui
ptib⁹ ultimariis oīa loca in qb⁹
saluator n̄ fuerat sollicitē cū la
crimis visitauit. Qui dñi omnia
loca pquisiss. ultimo venit ī mo
tē oliueti vñ dñs celū ascendat.
ubi post longā orōnē cū lacrimis
dicit. Ecce dñe ubiqz questui te
diligēter. vñ dñi veni ad locū ubi
celos ascendisti. nescio ubi ampli⁹
te requiram. sube ergo spm̄ meū
suscipi ut ad dextera p̄ris videā
te residentē in glā. Et hīs dñs.
sine dolore spm̄ sūm reddidit. et ad
ipām terram quā sp̄ desiderauerat
felicit̄ ascendit. ad quā nos ascē
dere faciat ih̄s xp̄s dñs n̄. r̄c.

Sermo vnde sup. h. lviij.

Ascendit iter pandens an
eos. Michae ij. Qm̄ ut
dicit b̄s greg. Qis xp̄i
actio. n̄ra est istructio. Sac̄ debe⁹
qz in hoc q dñs hodie in celum
ascendit. istruxit nos. qz post ipm
in celū debem⁹ ascendē. Et hoc
inuit nobis in v̄bis p̄phete p̄tae
tis cū dicit. Ascendit iter pandens
an̄ eos. Ad qd ead̄ hortatur nos
p̄pheta ysaiab ij. Venite ascēda⁹
ad motē dñi. et ad domū dei iacob.
et docebit nos vias suas. Sed
sciendū. qz sex sūt vie scdm̄ sex
grad⁹ eundi et ascendendi ī tem
plū. de quib⁹ habet. ij. palipon
r̄. vbi dicit q fecit rex salomon
solū de ebore grande. et sex gra
dib⁹ erant quib⁹ ascendebat ad
illud. Prim⁹ grad⁹ ē gemit⁹

et luct⁹ de p̄ris p̄ris et alienis. Vñ
dicit exodi m̄. Ascendit clamor si
lioz ist̄ ad deū ab opib⁹. et exaudi
uit gemit⁹ eoz. et recordat⁹ ē fe
deris qd pepigit cū abrahā. ysaac.
et iacob. Vere luct⁹ de p̄ris facit
quam fidēlem ascende per deuotio
nē in celū ī p̄nti. et in fito p̄ eter
nā habitacionē. Vñ eam xxvij. No
ne lacme vidue descendit ad mar
illā. et de marilla ad celū. Item
facit eā in fine ascendere ad eterna
q̄solacionē. In q̄nto. B̄ti qui lugēt.
qm̄ ipi q̄solabūt. Sed egrario
ri⁹ maloz facit eos descendere in
infernū. Et iō dicit. luce xv. De vob
qui nuc̄ ridetis. qz plorabit⁹ et fle
bitis. Et p̄b̄ioz r̄m̄. Extrema
gudij luct⁹ occupat. Secund⁹
grad⁹ ē innocēcia et mūdicia. p̄.
Quis ascendet in motē dñi. et su
nocēs maib⁹ et mūdo corde. Innocēs
dicit. qui nō nocet sibi per peccati
macula. nec deo p̄ p̄ci offensam. n̄
primo per aliqua iuriam. Mūdi
corde dicit s̄bri⁹ et casti. Certe ta
lis mūdicia facit hōnem ascende
ad dei visionē. In q̄nto. B̄ti mūdo
corde qm̄ ipi deū videbūt. Sed
extra innocēcia luxurie et gule.
facit hōnem descendere in infernū.
Vñ p̄b̄ioz q̄nto dicit de muliere
adultera. Pedes ei⁹ descendunt ī
mordē. et gress⁹ ei⁹ ad inferos pene
trat. Pedes aīe peccatrici sūt ma
le voluntates ei⁹. et mala desideria
q̄ faciūt eū in morte culpe et ī mor
te gehene descendē. Tercio⁹ gra
dus ē austeritas p̄nie. siue mortifi
cacio carnis. Vñ canticoz m̄ dicit
sponsa. Ascēda in palma. et appre
hēnda fruct⁹ ei⁹. Ascēda ī pal
ma. sc̄z in cruce p̄nie. et apphēnda
fruct⁹ ei⁹. sc̄z fruct⁹ p̄nie. In m̄.
Vniūm agite. et apphēbit vobis
regnū celoz. Et iō mathei xij. di
cit dñs. Qui vult venire post me
abneget semetipm̄. et tollat crucē
sua. et sc̄at me. sc̄z in celū. Ido pe
nitēcia siue mortificacio carnis
facit ascende in celū. Sed egr̄
carnalitas et accidia faciūt hōmi
nē ī inferno descendere. Carnales

et accidit qui nolunt hinc penam
 agere isti sunt serui pharaonis id est
 diaboli. Rementes in palea hinc
 et latere. Et ideo abissi in fine
 operient eos. **Exodi xx.** Abissi
 operuerunt eos. descendunt in pro
 fundu quasi lapis. Certe in fine
 dñs dicit ut habet mathei xxij.
 ligatis manib⁹ et pedib⁹ et proi
 cte eu in tenebris exteriorib⁹.
¶ Quarta grad⁹ est humilitas. de
 isto dicit gen⁹ xxx. ubi dicit q
 loth ascendit de segor in monte
 loth interpretat declinat. et sigt ius
 tu qui semp debz declinare a malo
 p humilitatem. et tuc de humilitate
 debet ascendere in mote gl'e. De hoc
 grad⁹ dicit luc⁹ xiiij. ubi dñs dicit
 cu iuitatis fueris ad nuptias recu
 be in nouissimo loco. id e humilia q
 loc⁹ nouissim⁹ e humilitas. Cu aut
 uenerit qui te iuitauit dicit tibi
 sa xps. Amice p fide et caritate
 ascende supi⁹ ad eterna gloria.
¶ Et p⁹ dicit. Qui se humiliat exal
 tabit. **¶** Vbi dicit xxx. humilem spu
 suscipit gla. Vere humilitas facit
 hoine ascendere in celu. humilitas
 e sicut boni fundamētū. qd facit
 ut edificatio possit in altu ascen
 dere. **¶** Et egritio supbia facit
 ad infernu ascende. **¶** Vnde pūbioz
 vij. Qui in altu facit domum
 querit ruina. Vere cu lucifero dño
 ipoz oēs supbi descendunt in infer
 nu. **¶** Quinta grad⁹ est op⁹ mīe.
¶ Quia mīa e sicut oleu qd super
 enatat et ascendit sup oēs liquo
 res. **¶** Jacobi pmo. mīa superaltat
 iudiciū. Vere p mīe opa debem⁹
 ascende. quia p̄rie dicit dñs mīe
 opa facientib⁹. **¶** Mt xxv. Venite
 benedicti p̄ris mei. **¶** Et actū j.
 dicit q dñs de mote oliueti asce
 dit in celu. mons oliueti dicit in
 quo oliue crescit. et quib⁹ sit oleū
 p qd mīa sigtur. **¶** Vn ipa mīa fi
 cit hoim ascendere in celu. **¶** Sed
 egritio auaricia facit auaroz qui
 nulla mīam hnt descendere in

fernu. **¶** Vn ihermie pmo. Dissipate
 uniuersos fortes babilonis et descen
 dent in occisione. **¶** Et p̄ma thimo
 thei vi. Qui uolūt diuites fieri
 incidunt in laqum. Certe iniquitas
 eoz descendit sup capita eoz in
 infernu. **¶** Ps. Conuertet dolor ei⁹
 in capud ei⁹ et in uertice ipi. **¶**
¶ Sexta grad⁹ e pseuerancia i
 bonis. De isto dicit ioseph pmo. as
 cendite ad motana. id e ad regna
 celestia ne uobis occurrunt reuer
 tentes s⁹ demones. **¶** Et p̄ma cor
 in. Sic currite ut apprehendatis
 q vn⁹ s⁹ pseueras accipit bra
 uū. **¶** Mt x. Qui pseuerauerit usq
 in fine. **¶** Isti sūt sex grad⁹ quib⁹
 ascendit ad solū ueri salomonis.
 id e ad celu ad qd hodie ip̄e asce
 dit. Rogem⁹ ergo dñm. **¶**
**Die penthecostes sup eplam
 postilla. Rubrica lviij.**

Qum complerent dies
 penthecostes. **¶** Nec
 e epla diei hodie
 ne. et scribit actū
 sedo. In qua breuiter
 tangit historia ad
 uent⁹ sc̄i sp̄s i aplōb.
¶ Et exponit breuiter sic. **¶** Cum
 complerent dies penthecostes. id e
 quinquaginta dies. **¶** A pentha quod
 e quinq et coste decem. **¶** Quinqua
 gesima naq dies a paschate cele
 bris erit apud iudeos in memo
 ria beneficij legis date que fuit
 data in mote synai. **¶** Exodi xx.
 quinquagesima die a principio egres
 sionis de egipto. **¶** Et quoniam illa
 die ihsu fuit ap̄lis sp̄s sc̄i domi
 p qd lex ewan. impressa fuit
 et firmiter radicata i cordib⁹ eoz.
¶ Itē ex alia rōne misit dñs sp̄m
 sc̄m nō stat⁹ p⁹ ascensione sua. sed
 decē diez spacio iteriecto. ut s⁹
 discipuli ieiunantes. orantes. et ge
 mētes. disponerēt se ad sp̄m sc̄i
 suscepcione. Null⁹ em ip̄o r̄plet⁹
 nisi qui querit. petit. et pulsat.
 cū instanti et iportuno spei desiderio.

G.

F.

A.

F.

B.

Ac p hoc sicut debita fuerunt hora
in paciēdo sic in resurgēdo sic
in celū ascendēdo sic etiā spm scm
mittēdo. **¶** Sequit. Erant oēs
scz discipuli nūo centū viginti pa
riter in eodem corpe et aīa in eodē
loco scz iherlm in cenaculo orantes.
¶ Et scūs ē scz hora diei tercia re
pēte de celo sonū tamq̄ aduenientē
spūs vehemētē. Idē venti et toni
trū. Nō tñ apli et alij existentes
cū eis fuerūt territi deo hoc faci
ente in signū qd dabat eis spūs
scūs qui ē consolator cordū. **¶**
repleuit totā domū insolita clari
tate. ubi erāt sedentes. Idē manē
tes. eo nō quo dicit deutronomij
ij caplo. **¶** Sedistis in cinē barne
multo tpe. Idē mansistis. Apli
em̄ tūc erāt in orōne qd pba
biliter credit et pcedentibz ubi
dicit. p erāt p̄seuerantes in orō
ne. q nō sit q̄r sedendo. s̄ magt
flectendo genua uel stādo. **¶**
apparuerūt illis visibiler oclis
corpālibz disparte lingue tēp ignis
seditqz sup singulos eoz. **¶** Et reple
ti sūt omēs spm scō. **¶** Spūs scūs
dabat eis in linguis igneis. Ad sig
nandū signo visibili exteri. **¶** Visi
bilen gntz spūs scī acceptū iteriqz
p quā essent feruidi in amore dei
et loquētes oibz linguis ad publi
cacionē euāgelij. Ideo subditur.
¶ Et ceperūt loqui varijs linguis p̄t
spūs scūs dabat eloqui illis. **¶** Sedm̄
q̄ dicit glosa h̄c. apli nō solū loq
bant et intelligebāt oīa p̄deomata.
s̄ etiā ipis loquētibz in vno p̄de
mate quodcuqz ess̄ illud. omēs
audientes quātūcuqz essent dixer
soz p̄deomati. intelligebāt quibz
p̄deoma p̄m̄ diuina v̄tute hoc
faciente. Sicut em̄ p rebellione ad
deū diuise sūt lingue. gen̄ ij. Ita
p ifusione spūs scī v̄tute. **¶** Beāt.
Erant aut̄ in iherusalē habitantes
viri religiosi. Idē in cultu diuino
deuoti. et oī nacione que sub celo
ē. qui hūenerāt iherlm̄. Iudei em̄
captiuati p salmanazar regem
assirioz nō r̄dierūt in iudēa. Si
milis captiuati p regē caldeoꝝ

nō r̄dierūt omēs quīs habuerūt lic
ciā r̄dēdi. s̄ r̄miserūt multi. alij filioꝝ
quos genuerat ibi. et amore possessio
ni quas acq̄sierāt detenti. Similit
multi captiuati p antiochiū regē gre
coꝝ et diuisis gentibz venditi. ibi re
miserūt. Verumpt̄n̄ aliqui eoz magis
deuoti p̄t r̄uerēciā tēpli veniebant
aliqui in iherlm̄. marie in solepnitatibz
magis quaz vna erat solepnitas
penthecostes. **¶** Beāt. **¶** Sancta autem
hac voce scz spūs vehemētis. ut aploꝝ
et cū eis ex̄ncū deū voce magt lau
dancū. qui p̄s timore ducti nō aude
bant loqui. et mente q̄fusa ē. et stu
pefacta. seu admirata. **¶** Et subdit. et
qm̄ audiebat vn̄qzqz lingua sua illos
loq̄tes. q̄ nūq̄ tale miraculū fuit
visū vel auditi. **¶** Et p̄ admiracionē
dicebat. Nōne ecce oēs qui loquūtur
galilei sūt. **¶** Et quō nos audim̄
vn̄qzqz lingua n̄ra in qua nati
sum̄. **¶** Parthi. et medi. et elamite.
et qui habitāt mesopotamiā. que ē
p̄ syrie. iudēa et capadocia. pontū.
asiam. frigia. et p̄amphilia. egiptū.
et p̄tes libie q̄ est circa cyrenen. et
aduene romani. Iudei q̄ p̄ dē illi de
stirpe iuda. et p̄seliti. id ē quēsi de gē
tilitate ad p̄dāsmū. cretes. et arabes.
¶ Et p̄t̄ h̄c h̄c in qua noīant habita
tores diuisaz regionū in quibz sunt
diuisa p̄deomata qui ibidem aderūt
audim̄ eos loq̄tes n̄ris linguis
magtā dei. **¶** Beāt in act̄ aploꝝ.
Stupebāt aut̄ oēs scz boni et deuoti
et mirabant̄ ad inuicem dicentes. **¶** Qd
nā vult hoc ēē. Alij aut̄ scz mali et
p̄uersi p̄identes. credentes eos ebrio
sos ēē. dicebat q̄ musto ad ē vino ple
ni sūt. Certe si bono et sp̄uali itellai
ipa dixisset. verū dixissent. Apli em̄
et discipuli isti. vno repleti fuerunt.
¶ Spūs em̄ scūs r̄ē vino q̄parat.
p̄ter quatuor p̄tates ipi. vinum
em̄ acuit itellai. p̄t dicit boetius.
Vinū modice sūptū itellctū q̄fert
acumen. Sic etiā spūs scūs. Intelligi
em̄ p spm̄ que in inferno sūt ut tim
am. que in mūdo sūt ut caueam.
que in celo sūt ut diligam. que a
deo data sūt nobis ut grāciab agam.

Ite sicut vinum inflammat affectum. Sic et spiritus sanctus in vobis caritatem accendit. Ardor huius caritatis nutritur et bonis meditationibus. Aut non extinguatur per desideria. **I**te tertio vinum letificat. Et vinum letificat cor hominis. Unde beatus spiritus sanctus per actus dicit. Id est consolator. et tristes gaudentes facit. spiritualiter non carnaliter. **I**te quarto vinum tebrat. Sic etiam spiritus sanctus. In charitate. **I**tem ebrietas tebrat. Quasi vino. Nota ebrii sunt audaces. rubet in facie. dimitte se putat. cum sint pauperes. Et hec quemunt. qui sunt spiritu sancto tebrati. Sic ergo patet quod discipuli christi vino dicitur pleni. **S**ed quoniam isti iudei mali. non spiritualiter sed carnaliter dicebant eos esse vino plenos. Ideo beatus petrus opinionem eorum ostendebat esse erroneam. Et hoc est quod sequitur in textu. **S**tans autem petrus. gstanter et trepidus cum undecim. scilicet apostolis. eleuavit vocem suam. ut loqueretur magis aucteritate. et locutus est eis. Viri iudei qui habetis notitiam scripturarum. et marime qui habitatis iherosolimam. vniuersam quatuor vigebat studium legis et prophetarum. Hoc vobis notum sit. et auribus percipite verba mea. Non enim sicut vos estimatis. scilicet erronee. hii ebrii sunt. cum sit hora diei tertia. Tunc enim comedere incipiebant homines horam sextam. Et maxime iudei qui erant magis temperati. eo quod erant cultores vniuersi dei. et potissime in iherosolima vigeat ille cultus. Dicitur ergo. Cum sit hora diei tertia. quasi dicitur. Adhuc non est quod medendi hora. Sed hoc est quod dicitur per prophetam iohel. In principio scilicet tertijs capiti. Et erit in nouissimis diebus. id est in diebus noui testamenti qui dicitur nouissimi. eo quod non succedet aliud testamentum. propter quod dicitur prima iohannis 2. Filioli nouissimi hora est. Et hebreos primo. Nouissime diebus istis locutus est nobis in filio. **S**ecunda de spiritu meo super omnem carnem. **S**ed est super omnem hominem cuius cor erat tenebrarum ad modum carnis. Id est non obstinatum in peccatis. Et ad hoc inducit. ieremias 23. **A**uferam cor lapideum de carne vestra. et dabo vobis

cor carneum. Corda vero apostolorum erant tenera per deuotionem. et disposita ad spiritus sancti receptionem. **P**otest et aliter exponi. super omnem carnem. Id est super iudeos et gentiles indifferenter propter quod iohannis 2. Non est distinctio iudei et greci. Na idem dominus omnidivus in omnibus qui invocant illum. habundanter dando eis spiritum sanctum. **E**t prophetabunt filii viri. et filie vestre. Id est in dicitur dabitur spiritus sanctus personis vtriusque sexus. **U**nde et cum apostolis fuerunt mulieres in die penthecostes. que receperunt spiritum sanctum cum eis. **D**icit etiam **Actus 16.** quod philippo erat quatuor filie virgines prophetantes. **D**e viris etiam dicitur. **Actus 17.** **S**tans in ecclesia que erat antiochie propheta et doctores. **I**uvenes viri visiones videbant. Id est hominibus cuiuslibet etatis dabitur spiritus prophetie. et seniores viri sompnia somniabunt. Id est reuelaciones diuinas et sompnis habebunt. ad quas percipiendas anima est tunc magis disposita propter quietacionem sensuum exteriorum. **H**is et alijs multis auditis a beato petro de christo. crediderunt eodem die scilicet penthecostes circiter tria milia. et apposite sunt ad nunquam fideliu. **P**ostilla super euangelium eiusdem diei. **A**mbrosius. **H**ic quis diligit me sermone meum fruabit. **I**ohannis 13. **Q**uia hodie ecclesia celebrat sollempnitatem spiritus sancti missi in discipulos. et qui volentes saluari. necesse est ut spiritum sanctum accipiant. **I**deo ponitur nobis hodiernum euangelium in quo docet quomodo nos disponere debemus ad receptionem eius. **U**nde cum dominus cenasset cum discipulis. dixit se in breui ab eis recessurum. et spiritum sanctum eis missurum. **U**nde volentibus scire apostolis quomodo recipiendus esset. dixit. **S**i quis diligit me sermone meum fruabit. **Q**uasi diceret. **S**piritus sanctus est fons amoris. et inflammat eos in quos descendit. **Q**ui ergo vult eum rapere. debet prius eum dilige. ita ut opere impleat. quod in sermone mandatorum audiuit. **Q**uia obia in opere preedit

Ad exponit **Rab. Sa. Si iohel.** **S**uper omnem carnem

a.

ex amore existente in corde. Gregorius
obscuro dilatois. exhibicio e operis.
Hic est dei amor ociosus. operis
em magis si est. si vero operi remittit.
amor non est. Tanta denique est vis
amoris. ut nichil difficile videatur
amanti. nec pericula. nec pene. n. mor-
tes. Unde Seneca in pibys. nichil e
qd non tolleretur qui pfecte diligit. Ite
dicit vulgari. Amor vincit oia.
Beatus. Et p me diligit eu. per
hondit se vnu cu pre in eencia.
pro em diligit pr. qm etiam a
filio diligit. Et ad eu venient.
Quia ut dicit Dionysius. Amor tns
formatur amate in amatu. Et quo
deu diligit. i. ipam dilectionem
que deo e transformam. ad deu em
tes non passibilis corpis s affectibus
metis ut dicit Aug. Nec venit
pr et filii sine spu sco. pro em ve-
nit nisi amate p spm scm ut di-
cat bns. Aug. Unde nondum quot
licet tota trinitas veniat ad ai am
ificanda. specialit in attribuitur
spu sco qz ipe amor e. Amor
aut et dilao est ea qua vnum deo
et ipe nobis. Quia ut dicit Ber-
t sermone de penthecoste. Sicut pr
et filii vni sut. sic nos p spm scm
vni sumus i ipis. Et in hac vniione
qstis sificacio nra. Quia scdm
dionysiu. Sctas e ex pta i vni
vita q surge. Beatus. Et matione
apud eu faciem. O felix aia que
digna est fieri habitaculu dei. 2 illa
est ifelix et maledictioni prima
q est habitacio demoni. Gregorius
omelia. In quorunda cordib venit
diuinitas qm opuchone dei r spai
recipiunt. s non manet. qz tptacois
tpe hoc ipm qd acceperut obliuif
cunt et ad pristina redeut peccata.
In eo vero qui vere diligit sic venit
diuinitas ut maneat qz sic diuinitat
amor cor ipi penetrat ut ab ei amo
re nulla tepacoe recedat. Ille enim
vere amat. cui mte delao pra
ua ex qsensu non superat. Deu cu
dicit. Qui non diligit me. smones
meos non suat. declarat pmissa. Quia
em pmisserat dilectione ee causa
obseruacois mator dei declarat
p sui oppositu. qz opposita iuxta se
posita magis elucescunt. Sicut em di-
lectio dei causat in nobis obseruan-

ciam mator sic p oppositu carecia
dilectiois e causa non obseruacois. Et
cessante causa cessat effectus. Et tales
sunt mundani qui non sunt digni habere
tale beneficium sicut vos qui estis discipu-
li mei veri. Beatus. Et sermone
que audistis non e me sed eius qui
misit me pater. quasi diceret. Sermo
que locutus sum vobis non pertinet ad
me solum. sed ei qui misit me pater.
qz vni e pater et filii et sps sancti
sermo. Ite aliter. Et sermone que
audistis. hic remouet quadam
dubitatione. qz sup dixerat. Si quis
diligit me sermone meu suabit. et
addidit. et p me diligit eu. Vi-
debat forte discipulis q debuisset
ferre. Et ego diligit eu. sed dixit
et p me diligit eu. Et io qre
sic dixerat declarat eu dicit. Et
sermone. Iniqua em xpi non mou-
bat ad loquedu ex qceptione aie nisi
scdm qd aia mouebat a diuinitate.
Et io verba xpi magis erant xpi in
quantu deo. qm iquantu homo licet
in huaitate illa vba pfererat. Et
non q hoc dicit sermone que audistis.
grammatice deberet dici sermo que
audistis. Hic ut dicit Gregorius pro
logo mox. Sacra scriptura non subdit
regulis donati. Saluat em p figura
antiphrasim qm ponit casu pro casu.
Non eia cu hoc qd dicit non e me.
qz videt sibi ipi qrib. Iam em ante
et in principio dixit sermone meu. hic
vero dicit sermo non est me. Quo
ergo e sermo me. et non me. Ite iam
dixit smones in plurali. qui non dili-
git me smones meos non suat. hic
aut et in principio huius euagelij dicit
sermone meu i singulari nu. Quo co-
cordabim iura. Ad hoc possim dice
sm itellcm Augustini qz ubi dicit
smones in plati. denotat eos esse
suos tanq ab ore suo ee prolatos. q
smones sut idem ipse. Hic ubi dicit s-
mones i singulari. denotat eu ee pa-
tris cui ipe vbu est. no vtiqz sui
s pater e verbu que nec sua ymago
sed pater. s nec suos filii idem ipse sed
pater. Recte igit auctori attribuit
quidq facit equalis a quo hz h ipm
qd illi e differenter equalis. Beatus.

.B

.C

Hec locutus su vobis apud vos maneb. de in p[re]sencia corpali appareb ad vestru[m] consolacione[m] instructione[m] et di[sc]rectione[m]. **P**adit[ur] aut[em] id[em] consolator et advocat[us] sp[iritu]s s[an]c[t]us que[m] mittet p[ater] in no[m]i[n]e meo. ille vos docebit o[mn]ia. Id[em] e[st] facit vobis itelligere o[mn]ia que dico vobis. Ap[osto]li em[en] adhuc rudes erant et in timore positi ex auditu passio[n]is xpi. q[uo]d verba xpi no[n] bene capie bant ad plenu[m] p[ro]pter q[uo]d dicit gram sp[iritu]s s[an]c[t]i postea supple illu[m] defectu[m]. Et suggeret vobis o[mn]ia quecu[m]q[ue] dixero vobis. Id[em] e[st] ad memoria[m] reducet quia multa de illis q[ue] xps dicebat obli[sc]i sunt ap[osto]li timore passio[n]is gressi. Quia ut theophyl[actus] dicit. Sp[iritu]s s[an]c[t]us et docu[it] et q[ue]m[en]oravit. Docuit quide[m] que no[n] dicebat eis xps itaq[ue] no[n] valentib[us] portare. Comemoravit vero quecu[m]q[ue] d[omi]n[u]s dicebat q[uo]d obscuritatis ca[us]a vel in tellu[m] tradidit q[uo]d comedare memorie nequeat. **P**ace[m] relinquo vobis. pace[m] mea[m] do vobis. Post resurrectione[m] ne em[en] sua[m] appareb dixit eis. Pax vob[is]. q[uo]d infra illos xl dies fuerat corda illo[rum] pacificata ex turbacione passio[n]is xpi. Non q[uo]d m[un]du[m] dat. ego do vobis. Hoc dicit ad distinguendu[m] pace[m] san[ct]e[m] et pace[m] m[un]di. q[uo]d magis appareb e[st] et facta q[uo]d veru[m]. Pax em[en] m[un]di ordinat vel p[ro]ci[us] deordinat ad q[uo]d ta[m] fructio[n]e bono[rum] t[em]p[or]aliu[m] ut dicit Aug[ustinus] qua[m] fructu[m] q[ue]m[en]tat[is] mul tiplicatio peccato[rum] sedm[en] illud. Deutero xxi. mansu[m] est dilec[t]us et recalat[ur] ut i[n] eccl[esi]a vi. hec fuit i[n]q[ui]tas zodome sororis tue. saturitas pa nis. habundancia et o[mn]i[u]m. Pax vero qua[m] xps nobis reliq[ue]t e[st] ut adversa sine turbacione tollem[us]. **S**e. no[n] turbet cor vestru[m]. quasi diceret. Non debetis turbari de morte mea. neq[ue] formidet hoc addidit. eos affecit[ur] do. quia timebat mori cu[m] eo. Audistis q[uo]d ego dixi vobis vado et venio ad vos. quasi diceret. Non recedo sic a vobis p[ro] morte[m] quia adhuc vobis appareb p[ro] mea[m] resurrectione[m]. **S**equitur. Si diligere[m] me gaudere[m] t[em]p[or]e vtiq[ue] q[uo]d vado ad p[re]m. me exal tantem et clarificantem. quia pater maior me e[st]. no[n] sedm[en] deitate[m] in qua e[st] filius equalis p[atri]. sed sedm[en] h[um]anitate[m] in qua filius minor e[st] p[atri].

D.

Hec lra sic debeat exponi et intelligi pat[et]. q[uo]d xps loquit[ur] de seipso sedm[en] illam natu[m] in qua gignit ei mori et exaltari. hoc aut[em] no[n] potest ee[n] n[isi] in nata huana. Ergo patet falsitas Arrij. **S**e. Et nunc dixi vobis priusq[ue] fiat. **P**otuerat em[en] se it[er] ad p[re]m moriendo. resurgendo. celos ascendendo. Ut cu[m] factu[m] fuerit credatis. sc[ilicet] q[uo]d no[n] sim[us] tm[en] homo qui mori pot[est] et exaltari. s[ed] ead[em] de[us] qui certitudinaliter p[ro] dico futu[m] q[ue]ntingecia q[uo]d e[st] p[ro]p[ter] ip[s]i[us] dei. nos em[en] est hui[us] evangeliste fructu[m] aut cu[m] refert aliq[ui]s p[ro]nes ad xpi h[um]anitate[m] in p[re]a e[st] mior p[re] adu[m]ge aliquid solet p[ro]nes ad deitate[m] in qua e[st] eq[ui]s p[ri]. q[uo]d crede vtiq[ue] e[st] de n[ati]vitate salute.

E.

Postq[ue] aut[em] xps ita consolatus est suos discipulos loquit[ur] cu[m] eis fami liariter. dices morte[m] sua[m] ee[n] p[ro]xi ma. Et hoc e[st] q[uo]d sequit[ur]. Jam non multa loquar vobis. Id[em] e[st] in hoc mortali. **E**xisteb[is] q[uo]d t[em]p[us] sue captio nis erat p[ro]p[ter] q[ui]n. Venit em[en] prin cept[us] m[un]di hui[us]. Id[em] e[st] diabol[us] qui e[st] princeps homi[n]u[m] m[un]danor[um] no[n] per creacione[m] s[ed] per seductione[m]. vene rat aut[em] p[ri]m[us] ad xpm temptandu[m] in deserto. venit et nunc p[ri]ncipe[m] judeo[rum] q[ue]ra ip[s]u[m] i[n]citando. **E**t in me no[n] h[ab]et q[ui]t[us] p[er] e[st] nullu[m] peccat[um] et p[er] q[ue]sequens. nulla[m] mortis cam invenit. **S**z ut cognoscat m[un]du[s] quia diligo p[re]m. Id[em] e[st] ad hoc suspi neo morte[m] ex dilectione qua[m] ha beo ad p[re]m. q[uo]d de[us] p[ro] xpo homi n[is] i[n]spiravit volutate[m] paciendi pro salute m[un]di ex maxima caritate qua[m] diligit homine[m] p[ro]pter deum. Et sicut m[an]datu[m] dedit michi p[er] sic facio. Id[em] e[st] ex obedientia ad p[at] trem libeter subeo mortem. **S**e. **mo de solempnitate penthecostes**

Hactenus e[st] repente de s[an]c[t]o. **H**eclo son[us] tamq[ue]m advenient[is] sp[iritu]s vehem[en]tis. Id[em] e[st] v[er]bi ubi erant sedentes. s[ed] discipuli. Ac tuu[m] i[n] q[ui]n. **H**im[en] in oi[m]i magno facto solent p[re]cedere grandia p[re]nucia Verbi g[ra]tia. **C**u[m] d[omi]n[u]s erat descensu[us] in m[un]dem synai. et datur[us] legem. ceper[un]t oriri tonitrua. et micare fulgura. clangor[us] q[ue] buccine vehem[en]te

A.

ter p̄trepebat ut legit̄ **erodi rix**
Et cū stante helya ī monte 2 ex-
pectante t̄nsitū d̄m̄ ut ei p̄missū
fuerat a d̄no. **E**re sp̄s idē v̄tō
grandis et fortis subitēs mōtes.
et q̄terēs petras. et p̄ sp̄m̄ q̄mo-
cio. s̄ nō ī sp̄m̄ nec ī q̄mōcione
d̄m̄. sed ista erat p̄nūcia. **ii**° **h**eḡ
rix. **I**te v̄tūm d̄m̄ ad iudiciū
p̄cedent̄ s̄ḡ tribilia 2c. **I**te reges
et p̄ncipes ad aliq̄ locū insolitū
venientes. faciūt tibias et buci-
nas an̄ se sonare. **E**t q̄ mis-
sio sp̄s sc̄i erat maximū et val-
de singulare sc̄m̄. quemēs fuit
q̄ cū magno sono p̄m̄tā ei 9̄ iudi-
cāte veniret. **U**d̄ em̄ iste son9
fuit sb̄a p̄ris. vel sp̄s sc̄i. s̄ fuit
iudiciū potestatis patēne spiram-
tis et mittentis sp̄m̄ sc̄m̄. **S**ic eā
nec lingue. nec ignis fuerit sp̄s
sc̄us ut dicit b̄tus. **S**ed per
ea īsimulabat̄ exteri9. quid̄ iteri9
ī cordib9 gestū fuit. **U**n̄ sc̄ie-
dū. q̄ sp̄s sc̄us miss9 est sub mul-
tiplici specie. **P**rimo ī sp̄e vehe-
metis sp̄s. p̄ est venti. **U**n̄ aut̄
sc̄m̄ est ad īnuendū. q̄ sp̄s sc̄s
quos replet. agiles facit ad bene
operandū. **A**mbrosi9. nescit tar-
da molinū sp̄s sc̄i gr̄a. **U**n̄ cer-
tū est. q̄ quicūq̄ agilis ē ab b̄n̄
operandū et ad deo seruiendū.
q̄ h̄z sp̄m̄ sc̄m̄. **S**z quidā habet
sp̄m̄ sc̄m̄ et expellit̄ eū a se per
imūdas et īvtilēs cogitaciones
et operaciōes. **S**apie primo. **S**p̄s
sc̄us aufert se a cogitacionib9
q̄ sūt sine ītelligē. et corripiet̄
idē expellet̄ a sup̄veniente mi-
quitate. **S**ecūdo sp̄s sc̄us fuit
dat9 ī igne. ad īnuendū quod cor-
da illoz quos replet. ī caritate
ardere facit. **U**n̄ luce xij°. **I**gnē
veni mitte ī terrā et quid̄ vo-
lo nisi ut ardeat. **G**reḡ. **I**n igne
apparuit sp̄s sc̄us. q̄ ab om̄i
corde qd̄ replet. tepore frigoris
erattit. et hoc ī desiderio s̄ie

eremitatis accendit. **U**n̄ certissimū signū
ē q̄ qui h̄z caritate h̄z sp̄m̄ sc̄m̄.
Ite ignis s̄ tendit sur̄sū. **S**ic illi
qui h̄nt sp̄m̄ sc̄m̄ s̄ tendunt sur̄sū
ad celestia. nō curantes terrena.
s̄ ut p̄tercora reputātes. et quer-
facio eoz ī celis ē. iam ī specie
et desiderat̄ ibi ēē ī re. **C**upiunt
em̄ dissolui et ēē cū xp̄o. **U**n̄ apl̄s
ad rōs vij°. **I**n felix ego. quib̄ me
liberabit de corpe mortis hui9. **N**ō
em̄ putavit se felice q̄tā diu hic
extiterat. **I**te ignis redigit̄ ī ci-
nerē ea que ī ea ponit̄. **S**ic sp̄s
sc̄us illos quos r̄plet h̄m̄les facit
et viles r̄putaciōis sui. **P**rima pet̄
v°. **D**e 9̄ sup̄bis r̄sistit h̄m̄lib9 aut̄
dat̄ gr̄am. **S**icut em̄ aque deserit
mōtes. et fluit ad valles. sic sp̄s
sc̄i gr̄a deserit sup̄bos et venit
ad h̄m̄les. **E**tā **ii**°. **Q**uanto mag-
n9 es h̄m̄lia te ī oib9 et a d̄no tūe-
nies gr̄am. **E**t ī maria q̄ h̄m̄lis
erat. ideo angel9 dicebat. **S**p̄s sc̄us
sup̄veniet ī te 2c. **I**te de hoc q̄
sp̄s sc̄us ī specie ignis apparuit.
habet̄ specialis s̄mo die sc̄pti.
Tercio sp̄s sc̄us apparuit ī specie lin-
gue. ad īnuendū. q̄ lingue apostolor̄
p̄ totū mūdū et p̄ oib9 linguas mū-
di d̄m̄di debebat. **I**te ad īnuendū
q̄ quos replet. affabiles ad p̄mos
reddit et de diuinis loqui facit. **G**lō.
Sicut olim erat ut om̄i linguis lo-
querent̄ qui sp̄m̄ sc̄m̄ habebāt. sic
nūc signū ē ut sp̄m̄ sc̄m̄ habeat.
qui pacē cū p̄mo suo loquit̄ et
tenent. similiter q̄ de deo sūt loqui-
tur et tractant. **D**e mō loquendi
habet̄ ī s̄ra s̄mo specialis s̄ra ī
sequēti. **Q**uarto sp̄s sc̄us dat9
ē ī specie flat9. **I**oh̄s xx°. **I**nfla-
uit et dixit. **A**ccipite sp̄m̄ sc̄m̄. per
hoc voluit ostendē n̄citate sp̄s
sc̄i. **S**icut em̄ s̄mo corpe non p̄t
vivē sine v̄llo sp̄u. sic aīa vivē nō
p̄t sine sp̄u sc̄o. **P**s. **A**ufres sp̄m̄
eoz et deficiet. **E**t sequit̄. **E**mitte
sp̄m̄ t̄m̄ et creabunt̄. **I**te **I**oh̄s vi.

Spiritus est qui vivificat. Et qui sic ne
 cessarij est. id est diligencia cavere de
 benigne spiritus impediatur venire ad
 cor nostrum. **I**te etiam dominus id insuffla
 vit ut per spiritum sanctum renouaret in disci
 pulis ymaginem in eis deformatam.
 In principio enim deus inspirauerat in spi
 ritu sancto hominis spiritum vite. **Gen** p.
 que quide vita fuit multum sauciata
 propter mandati preuaricatione. Ideo
 spiritus non habet et specialiter in re sur
 rectione inouatur. nouitate vite sue vo
 lens quaedam suis discipulis. **I**nsuffla
 uit eis de nouo spiritum vite spiritum a
 lium in cuius flatu vigore ipsi spiritu sancto
 inouati. inouaret ulterius alios. ve
 luti state petrorum ab eis extergere. **Et**
 hoc quod ibidem subdit. **Quoz** remise
 ritus peccata remittit eis. **Quinta**
 spiritus sanctus apparuit in specie columbe
 super ipsum baptizatum. ut patet. **I**ncertio.
Ite et postea pluries legitur spiritum sanctum
 in eadem specie apparuisse. **Et** hoc ad
 inuendū. quod omnes qui volunt spiritum sanctum
 accipere. debent esse spiritualiter sicut colimba
 in vita sua. **H**abet autem colimba inter
 ceteras specialiter septem proprietates. quas
 specialiter debet habere si volumus ac
 cipere septem dona spiritus sancti. **P**rima pro
 prietas est quod habet gemitum per caritatem. **N**on enim
 solent lebinter caritare sicut alie auis.
 si gemere. **I**n hoc datur intelligi. quod omnes
 qui volunt spiritum sanctum accipere. debent
 fugere gaudia et delicias huius mundi.
 et semper esse in gemitu per peccata. et ti
 mere ne incurant eterna dampna
 cione. **Et** sic accipit primum donum scilicet
 timoris. **S**ecunda proprietas colombe est quod
 alienos pullos pascat et nutrit ut
 patet. **I**n hoc datur nobis doctrina. quod
 omnes qui volunt accipere spiritum sanctum. debent
 libenter pasce pauperes et pupillos
 et eorum necessitatibus verbo et facto
 subuenire. per hoc accipit secundum donum
 scilicet pietatis. **T**ercia proprietas colube
 est simplicitas. **E**t enim qual simplex
 sine felle et sine dolo. **N**on ledit orem.
 non carpit vnguem. **S**ic debent omnes
 esse qui volunt accipere spiritum sanctum. **I**na
 theti. **E**tote simplices sicut colimba.
Ite sapientie primo. **I**n simplicitate

cordis quare illi. **M** t. vi. **S**i oculus
 tuus simplex est. id est in tencia totum
 corpus tuum lucidum erit. **P** hoc accipi
 tur tertium donum spiritus sancti. scilicet donum
 scientie. que docet hominem recte quiescere
 in medio nauis puer et puerse.
Et hoc non fit melius quam simplici
 tate. **R**equere etiam super de simplici
 tate in sermone de sancto matthia. **beatus**
quod elegisti etc. **Quarta** proprietas
 est quod libenter habitat in forami
 nibus petre. **P** hoc significat quod
 qui volunt accipere spiritum sanctum. libet
 habitare debent per assidua medita
 cione in foraminibus petre. et in vul
 neribus christi. **P**etra enim est christus secundum
 apostolum. **U**n dicit christus meum scilicet. **Am**
quod surge per amica mea colimba
 mea. in foraminibus petre. **Quasi**
diceret pone meditationes tuas in
 vulneribus meis. cogitando quod propter
 te passus sum. **P** istud accipit quar
 tum donum spiritus sancti. scilicet fortitudinis. quod
 facit hominem forte ad sustinendum ad
 uersa. **U**n gregorius. **S**i passio christi
 ad memoria reuocet. nichil adeo
 durum est quin equo animo tolleretur.
Quinta proprietas est. quod meliora quam
 na solet colligit. et viliora abicere.
P quod significat quod volentes accipere spiritum
 sanctum. debent meliores doctrinas et mo
 res. et meliora exempla eligere. **D**e
 bent enim singulorum doctrinam audire.
 et quersaciones videri et ex hijs omnibus
 meliores imitari. **S**eneca. **S**i vis
 vita tua dilige. alios sancti viri mores
 respicite. **P** hoc accipit quintum do
 num spiritus sancti. scilicet donum consilij. quod scilicet homo
 inter multas res. et multa consilia
 melius facit eligere. **S**exta proprietas
 est quod iuxta aquas sedere solet. ut
 visa umbra accipit in aqua. effu
 giat. **P** aquas intelligit scriptura
 sacra. iuxta quam sedere debent
 libenter diligendo et audiendo cam
 ut in ea possimus videre umbram acci
 pitris. id est diaboli conantis accipere
 animas. umbra autem diaboli est peccatum.
Ita umbra videmus in scripturis.
 scilicet quod sit peccatum. et id libenter iux
 tam residere debemus. **P**er istud

G.

H.

acquirat fertu domi scz itellectu ut
scz possit intellige quod possit astuci
ab diaboli. et pctā debeat effugere
Septia p̄ctas colube ē q̄ qn
vult requiescē volat ad nidū suū
scz ad fenestrā. et misq̄ alibi re
quiescere solet. Dicit p̄tz in colūba
noe q̄ emissa nō rēvenit ubi requi
esce possēt. s̄ rēversa ē ad fenestrā
arche. p̄ hoc s̄ḡtur q̄ illi qui volūt
accipere sp̄m sc̄m nō debent requiem
querē in istis reb̄ transitorijs. sed
debent volare p̄ meditaciōes sc̄as
ad nidū suū vñ veniēt et ad quē
creati sūt. ubi rēvenient requiē et
misq̄ alibi. p̄ h̄ acq̄rit septimū do
nū. scz sapiencie. id ē sapide sc̄e. qn
scz h̄o ex q̄emplaciōe sup̄noziū
rēcipit h̄c celestē dulcedinē et sa
porem. **2c. 23. 9. p̄mo de q̄ sup̄. ludi.**

Panditū sp̄s sc̄s **ca. 1. 1.**
quē mittet p̄ in noīe meo
ille vos docebit oīa. **John̄**
14. 26. Rom̄ hodierna die excellen
tē sc̄a n̄r eccl̄a celebrat solepnita
tē. qua dñs n̄r postq̄ sup̄ omēs
celos ascēdit. quinquagesima die
sue r̄surrexiōis p̄missū sp̄m sc̄m
in corda discipulorū misit. Quam
quidē solepnitatē tota deuociōne
nos celebrare cōuenit. Nā ut dicit
b̄tus bernard̄. **2c. 23. 9. p̄mo de q̄ sup̄. ludi.**
si sc̄z solepnia ce
lebram̄. quātomagis illū a quo
habuerūt ut sc̄i cēt q̄tq̄ fuerē sc̄i.
si veneram̄ sc̄ificatos. quātoma
gis ip̄m sc̄ificatos. Debet ergo ut
h̄c veneranda solepnitatē om̄i
deuociōe suscipiam̄. qua colimus
sp̄m sc̄i aduentū a quo cūcta b̄o
nobis p̄ueniūt. et sine quo nemo
saluus fieri potest. Ad cui⁹ laudē
ut aliq̄ digne loqui valeā ip̄i⁹ q̄n
adiūtatē. salutem⁹ eā que gracia
eiusdē sp̄s sc̄i mediante. accipere
meiūt altissimū dei filiū. dicētes
deuociōne pia. **Aue maria 2c. 23. 9. p̄mo de q̄ sup̄. ludi.**
Panditū sp̄s sc̄s **2c. 23. 9. p̄mo de q̄ sup̄. ludi.**
lūm̄ quātq̄ amicus ē nobis de⁹ p̄
qui olim filiū suū. nūc aut sp̄m sc̄m
nobis mittit. Cui⁹ missiōis utilita
tē quib̄ nemo mortalū exprime
sufficit. i verbis tū p̄missis tū

gunt duo effectū sp̄s sc̄i quos habz
in hys ad quos mittit. **2c. 23. 9. p̄mo de q̄ sup̄. ludi.**
i m̄storū q̄solaciōe. qui tangit i eo
q̄ dicit. parachy sp̄s sc̄s **2c. 23. 9. p̄mo de q̄ sup̄. ludi.**
effectū ē veritatis instructio. qui tan
git cū subdit. **2c. 23. 9. p̄mo de q̄ sup̄. ludi.**
Docebit vos oīa. **2c. 23. 9. p̄mo de q̄ sup̄. ludi.**
Curta p̄mū sciendū q̄ parachy sp̄s
sc̄s ē nobis in hac valle miserie mis
sus ad q̄solandū nos i miserijs p̄n
tib⁹ exites. **2c. 23. 9. p̄mo de q̄ sup̄. ludi.**
Consolatur aut sp̄s
quosdā et nō oēs. Omēs em̄ nō me
rent accipere cōsolaciōne sp̄s sc̄i. et
p̄cipue illi qui h̄c vana q̄solaciōne
a mūdo et nō a sp̄i sc̄o veram̄ am
plectūt. 2 querūt. Illis aut pocius
desolaciō maledicōis eterne debetur
sc̄dm q̄ dicit. **Luc 11. 24.** Ve vobis di
nitib⁹ qui habetis h̄c q̄solaciōne ve
tā. Nō em̄ dicit xp̄m sponsam suā
id ē aiām q̄solari q̄ a mūdo tēp̄q̄
ab adultero q̄rit q̄solaciōne. **2c. 23. 9. p̄mo de q̄ sup̄. ludi.**
Rēnuat aiā tua q̄solari in alijs. si vis
in dei memoria delectari. Cūcūq̄ q̄
vult a sp̄i sc̄o q̄solari. debet p̄mo cō
tristari. q̄ q̄solaciō nō dat nisi con
tristatis. Vñ ip̄sona sp̄s sc̄i dicit p̄
illud **ysaie 41. 21.** Misit me dñs sc̄z p̄
et fili⁹ ut q̄solaret oēs lugentes.
2c. 23. 9. p̄mo de q̄ sup̄. ludi.
Oēs aut lugētēs sūt i triplici
gr̄e sc̄dm̄ t̄p̄lice statū fidelū. Oēs
em̄ fideles cūcūq̄ stat⁹ sint q̄ deo
placē cupiūt. q̄tinue lugere et q̄trif
tari debent. **John̄ 14. 26.** q̄nd⁹ gaude
bit. vos aut q̄tristabimini. **2c. 23. 9. p̄mo de q̄ sup̄. ludi.**
p̄mo
dico q̄ rēpientes sine penitentes
debet lugē pctā sua. hoc em̄ ē p̄mū
p̄paratoriū ad adnētū sp̄s sc̄i. quia
sp̄s sc̄s et mortale pctā nullomō
se q̄pacit in eadē aiā. s̄ mutuo se
expellit sicut lux et tenebrē i eodē
emisserio. Dato eccl̄a q̄ aliq̄s sp̄m
sc̄m accēpiss̄. statim dū mortale pec
cātū q̄mittit. sp̄s sc̄s rēcedit q̄ inū
diciā sustinē nō p̄t. **2c. 23. 9. p̄mo de q̄ sup̄. ludi.**
Sapientē p̄mo sp̄s
sc̄s nō habitabit in corpe subdito
pctā. multo min⁹ i aiā. Similatur
nāq̄ aliquāli silitudinē aiāli q̄ dicit
tarrus. qd ē aiā mūdissimū. et i mū
do loco morat. s̄ veniens vulpes
aiā fetidū et inūdu maculat locū
suū. qd p̄cipies tarrus. cito rēcedit.
vulpi relinq̄s locū. q̄ fetore nullatē

petest sustine. De hoc habet ex m d x f.
 quoda monacho in vitaspim. qui ad
 amas filia an dda sacerdotis ydoloꝝ
 peccat a pre ei9 sibi ea dari i vrozē
 ille aut rudit. q no possi hoc face
 nisi pns deu suū sup hoc qsiluisset
 Et abiens ad demone que colebat.
 interrogavit eū an ille mōcho filia
 sua dare poss. Et respondes demon
 dicit. Si negat deū suū. et baptisū.
 et ppositū mōchi interroga eū. Et ve
 nēs dicit ei. Nega deū tm̄. Et da
 bo tibi filia meā. Ille vero qsensit. et
 statim vidit velut colūbā exire de
 ore suo et volare in celū. Pgens aut
 sacerdos ad demone dicit. Ecce pro
 misit illa tū facturū. Tūc diabol9
 dicit ei. Nō des ei filia tuā i vrozē.
 q de9 ei9 nō recessit ab eo. s ad huc
 adimat eū. Et venēs sacerdos nar
 ravit ista mōcho illi. Qui qpmctus
 dicit in semetipso. Si tanta bonitate
 ondit in me de9. Cū ego infelix nega
 verim et ipm̄. et ppositū mōchi. bon9
 aut de9 eia sic malu nūc vsq ad re
 nat me. cur ergo recedo ab eo. Et re
 uertēs ad heremū. venit ad quendam
 senē et narravit ei rem que fuerat
 facta. Et respondit ei senex. Sede meū
 i spelunca. et tres ieiunia ebdomadas
 qtinuas. et ego de9 cor pro te deum
 Et cū qpleta fuiss pma ebdōda ve
 nit senex interrogas frēm illū si aliq
 vidiss. Qui rudit. Enā vidi colūbā
 sursum in altitudine celi qtra caput meū
 volante. Et rudes senex dicit ei.
 Attende tibi metip̄. et de9 peare deū
 in mente. Sedd vero venit iterz senex
 ad frēm interrogas eū si aliq vidiss.
 Et rudes dicit. Vidi veniente co
 lūbā iuxta caput meū. Et pcepit ei
 senex dicēs. sobrius esto mente et
 ora. Et qpleta tercia ebdomada. ve
 nit iterz senex et interrogavit eū si
 aliq plus vidiss. Et ille respondit.
 vidi colūbam que venit et stetit
 sup caput meū. et tēdi manū meā
 tenē eā. Illa aut surges intravit in
 os meū. Et gen9 agens deo senex
 dicit fr̄. Ecce de9 suscepit penitēcia
 tuā. decetzo attende tibi ip̄i et esto
 sollicit9. Et rudes fr̄ dicit. Ecce a
 modo teal ero donec moriar. Ecce

lūm p̄z quō sp̄s sc̄s recedit a p̄cō
 zib9. s̄ itez redit et mittit vere pe
 nitētib9 qsolas eos p p̄cōz remissio
 nē. Sedd p̄ficientes debent luge
 et tristari. q̄ p̄ter infirmitatem
 nō tm̄ boni opunt quātū libenter
 vellent. hōs vij. Velle michi adia
 cet. p̄ficē aut nō iuenio. Vn̄ aug9
 in soliloqo. Quid magis p me credi
 di. min9 semp potui. Dicebā em̄ h̄
 ficiā. vel illud p̄ficiā. fiebat em̄ post
 nec hoc nec illud. addeat volūtas.
 s̄ defuit facultas. Mathei xxvi.
 Sp̄s p̄mpt9 ē. caro aut i firma.
 Nos qsolabit sp̄s sc̄s. ip̄s auxi
 liū et robur p̄stādo. Vn̄ ysaiē x.
 Noli timē seruo iacob. effundam
 sup semē tuū sp̄m meū. iacob in
 terptat luctator. et sigt eos qui
 qtra carnē luctant. qd maxime
 p̄tinet ad p̄ficientes. Semē iacob
 sūt illi. qui eū in hoc ymitantur.
 Et istis p̄mittit sp̄s sc̄s ut auc
 ta robozent. hōs viii. sp̄e sp̄s ad
 iuuat i firmitatē m̄am. Nam ip̄e
 sp̄s sc̄s ad bene opandū instruit
 et fortificat ad p̄ficiendū. Ter
 cio p̄fī eia luge et tristantur.
 q̄ quādiu ex hū eoz plongat.
 dicit eū. p̄. heu ih q̄ meolat9
 me9 plongat9 ē. Et alibi. Qn̄
 veniā et apparebo tū faciē dei meā.
 Sic lugebat aug9 dicēs. heu me
 q̄ diu dicit michi. vbi est de9 tuus.
 Qn̄ diu dicit in expecta reer
 pecta. Et nūc q̄ est expectatio mea
 nōne dñs. Aliter eia tristant
 et luge p̄fī et qtemplatini. qn̄
 s̄z diuina qsolacio eis subtrahit.
 et tūc sp̄ luge et tristant donec
 redeat in idipm̄. Sic eia apli tris
 tabant de subtractione presencie
 corpalis xpi. iohis xvij. Pro quo
 sciendū. q̄ sp̄s sc̄s sepe subtrahit
 qsolacionē suā sensibilem a suis
 dilectis. Et hoc specialiter p̄ter sex
 causas. P̄mo ne extollant si sp̄
 ad libitū hāc grām haberent. ma
 gis em̄ hūilant eū nō hnt deu
 ciois grām qn̄ eā diligenter que
 rūt et habē desiderat. v̄puta in
 dieb9 solempnib9. et qn̄ cogitare
 debent. Et sic ex hoc suam

G.

b.

J.

met

firmitate cognoscunt et q̄ a deo sit
ip̄a gr̄a. et nō pnt habere eam pro
sua voluntate. **S**ecundo ut a peccatis
purget̄. q̄ forte ppter aliqua exi-
cia min⁹ purgati sūt. uel aliq̄ hnt
delicta que nō recolūt. Ut ergo au-
pli⁹ purget̄ a peccatis in hoc puniunt̄
in quo magis dolent. Quia quilibz
deuot⁹ marie dolet de subtractione
gr̄e. Ita ex ista subtractione etiam
p̄ticiūq̄ modica. aia sc̄a itollera-
bilis sentit̄ ignoda. Sicut ī modica
eclipsi solis. terre nascencia seuciūt
maria det̄meta. Quanto q̄ dolor
ē grauior. tanto purgatio est effi-
cator. **T**ercio ut desideriu crescat.
Et dilacione em̄ solacii. crescat de-
sideriu. et capacior reddit̄ sū. are
ad maioris boni suscepcione. **Q**uarto
uenit ex culpa et negligē-
cia. ut q̄. cauti fuerit. custodit̄ in
vbiis ociosis vel p̄nis delēacionib⁹
ut eo cauciō habita custodiat̄.
Pro quo sciendū. q̄ q̄nis venialia pec-
cata nō excludit̄ sp̄m sc̄m a corde
hominū quātū ad habitū. non tñ
requiescit̄ in eis p̄tū ad actualem
deuocione. q̄ tales q̄ristant̄ sp̄m
sc̄m. et idcirco q̄solacione ip̄i⁹ rei-
pere nō merent̄. **Q**uāto ut et
cōsiderat̄ q̄ tam amara sit carere
gracia ad tēp̄. q̄tomaq̄s itollera-
bilior erit illa eterna abiectio.
Sexto ppter meritū maioris gr̄e
et glorie. dñi desideriu nō impletū
affligendo purgat̄ aīam p̄ pacien-
cia desolacionis. quia hūilis sustine-
cia meroris. quasi limā reddit̄ aīaz
puriorē seu clariorē et magis sus-
ceptibile splendoris diuini. Sic q̄
patent̄ breuiter sex cause quare
iterdū sensibilis q̄solacio seu gr̄a
sp̄s sc̄i subtrahit̄ deuotis hoīb⁹.
Et ergo tales illo tpe nō sint nimū
desolati ex hoc putantes se dño
derelictos a dño cū nō sint sibi cō-
scij in aliquo peccō mōrli faciantq̄
qd̄ in eis ē. Et tñ de p̄mo prin-
cipali. qualit̄ sc̄i sp̄s sc̄is mestos
q̄solatur. **Subsermo. R. lxxij.**
Ille vob̄ docebit̄ oīa. Nec ē sēda
pticula thematis ptacti ī qua tan-
git̄ sedē effect⁹ sp̄s sc̄i qui ē ve-

ritatis instructio. Ip̄e em̄ missus ē
nobis ad docēdū omēm veritatem.
Pro quo sciendū. q̄ hec distribucio
q̄ vadit̄ ī infinitū ad tria q̄ralit̄
in quib⁹ oīa icludunt̄. Docet enim
sp̄s sc̄is veritate de nobis. de reb⁹
et de deo. **P**rimo dico sp̄s sc̄is do-
cet nos veritate de nobis. ut salic⁹
nosip̄os cognoscām⁹. Et ista sciencia
ē nobis sume nēcia. Vñ dicit̄ b̄s
bernard⁹ ad b̄m eugemū pp̄. No-
ueris licet. lata terre. alta celi. p̄fun-
dū maris. si tēp̄m nescieris. eris
instar q̄gesti pulueris ventis ob-
noxū. A te ergo tua q̄sideracio in-
choet̄ ne frustra extendaris ī alia
te neglecto. Sed heu hūi plures
sūt qui seip̄os minime cognoscūt.
qui tā religiosos q̄ta secularēs īspi-
ciūt diuidicantes eos eadē de mini-
mis reb⁹. nō q̄siderantes maiora la-
tencia in cordib⁹ eoz. Quos r̄dar-
guit̄ dñs in eib⁹ dicens. luce seruo.
Quid vides festuca in oculo frat̄
tui. **E**t ad eadē q̄querit̄ b̄s ber-
nard⁹. Multi multa sciūt. et seip̄os
nesciūt. alios īspiciūt et seip̄os
deserūt. Et vere hūi si nosip̄os b̄m
cognoscerem⁹ alioz sc̄a et dicta
tam faciler nō diuidicarem⁹.
Vñ legit̄ in vitaspc̄m abbate
moysen dixisse. Cū manus dñi
occidit̄ omē p̄mogenitū in terra
egipti. nō erat dom⁹ in qua non
ess̄ mortu⁹. Cū dicit̄ ei quidā fr̄.
Quid ē hoc vbi. At ille. Quia si
q̄spexerim⁹ in q̄ peccā nēa. nō vide-
rem⁹ peccā p̄mū. Stulticia est em̄
hōm̄ hūti mortuū sūi eo relicto
abire et flere mortuū p̄mū sūi.
Null⁹ ergo hūi debet iudicare
aliū. aut diuidicādo q̄tēp̄ne sine ra-
cionabili causa. Vñ vbi apparet̄ ma-
nifesta signa de malicia alicui⁹. de
bem⁹ eū ut bonū h̄re. in meliorē
ptem qd̄ dubiū ē interpretādo.
Neli⁹ em̄ ē qd̄ aliq̄s f̄cepter fal-
lat̄ habens bonā opinionē de ali-
quo malo hōie. q̄ qd̄ t̄m⁹ fallat̄
hūi mala opinionē de aliquo bono
q̄ ex hoc fit̄ iūria alicui. nō de pri-
mo. **D**ūc̄ aut̄ tres cause quare

no debem⁹ iudicare primū. Iudicantib⁹
 em̄ alii peccat t̄plicit̄. In seipm̄ me
 daciū loquēdo. In primū q̄m̄ verita
 tē veniēdo. q̄m̄ deū iudiciū suū
 vsurpando. **P**rimo dico peccat iudi
 cans alii q̄m̄ veritate mēdaciter
 loq̄do. **U**n vsac̄. **N**ō est qui iudi
 cet vere. Quia et si verū ē quod iu
 dicat. t̄m̄ q̄ cor et itencio hoīs sue
 noticiē nō subiacet. iō nō pro veri
 tate s̄ pro mēdacio iudicat. **B**ernard⁹
Et qui verū loquit̄. et mentit̄. et
 qui mēdaciū loquit̄. et verū dicit.
Quia qui vez loquit̄ sub itencioē
 decipiēdi. mēt̄. et qui mēdaciū
 loquit̄. credēs se vez dicē nō men
 titur. **S**ecō peccat in primū cōt̄
 rariatē veniēdo. **U**n. Om̄s qui al
 terū iudicat. p̄dit seipm̄ vacuū carita
 te. Deniq̄ quid aliud detrahendo. sive
 iudicando. nisi ut is cui detrahit. ve
 niat in odii et q̄reptū ip̄s apud
 quos diiudicat. et detrahit. **A**ug⁹
Secū ē q̄ de malo merito neminē
 iudicat. que tamq̄ incipm̄ dilige
 re. sed defendere. sed excusare q̄m̄
 diu in publicū nō prodiret. **S**ed q̄
 caritate p̄didim⁹. facili⁹ alterut̄m
 iudicam⁹. **T**ercio primū iudicās
 peccat in deū. suū iudiciū vsurpan
 do. Ita cordis occulta. et medulle cor
 diū et itencioēs soli deo patēt. **U**n
 he in dicit. Tu sol⁹ nosti corda hom̄
 Et alibi. homo videt in facie. de⁹ aut̄
 ituer̄ cor. **Q**ui ergo hoc qd̄ sol⁹ de
 ē vsurpabit. deū sua iurisdictione p̄
 uabit. **C**ane serue dei. ut que
 p̄mitari nō vis. dāpnare videaris.
Cane aliene querfacōis ēē. aut curio
 sus explorator. aut temerari⁹ iudex.
Enia si p̄erā actū dephendas. nec
 sic iudicēs primū. magis aut̄ excusa
 itencione. si op⁹ nō potēs. **P**uta igno
 rancia. puta subrepcione. puta casu.
Quor si oīno oēm̄ dissimilacione
 rei certitudo recusat. suade nichilo⁹
 tibi. et dicto apud te. vehemens
 nimis fuit ipsa teptacio. **Q**uid de
 me ista fecisset. si accepiss̄ in me
 simile potestate. **H**ber⁹. **S**i vero
 aliqua suspicio de primo ex fragi
 litate nobis subrepcit. debem⁹ illi re
 sistere. et a diffinitina s̄mā hui⁹mōi

C

H

iudiciorū nos q̄tinē. **U**n b̄s thomas
 de aquino. **S**i suspicioēs vitare nō
 possum⁹. iudicia t̄m̄ firmas q̄ s̄mās
 q̄tinē debem⁹. **Q**uātū aut̄ dis
 phicet deo ut primū iudicem⁹. se
 quēs ex m̄ declarat. **S**unt quedā
 iclusa q̄ cotidie cibū ab angelicis
 manib⁹ sup̄sit. hec residēs in tra
 quodda castrū. vidit vna pulchrum
 meretrice cū iuuenib⁹ iocante. vnde
 ipsa i genitū diceb̄ mē se. heu q̄
 tu pulchra et vltis es dāpnanda.
Accidit aut̄ nō longe p̄ q̄ angeli
 iclusa m̄ore solto nō cibarent.
Iclusa vero infra tridū hūmā
 cibū sumē noluit. s̄ sue custodi sic
 affatur. **O** hūmā iuna om̄ne ad d̄m̄.
 ut michi vender. p̄are in sua soltu
 pietate denegat. **O**roē fca habuit
 in resposū. **Q**uare illā meretrice
 iudicasti dāpnanda. nō prius debēs
 sumē cibū angelicū. nisi veniā pe
 tas ab illa. **N**ogavit illa ut veniret
 meretrix. rogat sedo. et tercio. et
 tandē venit meretrix. **I**clusa vō
 p̄m̄m̄ rogat veniā a meretrice
 diceb̄. **O** mulier iudicavi te aliquo
 dies in corde meo dāpnanda. hoc
 remitte michi et indulge. **I**lla ig
 noscit. iclusa surgit et meretrici
 q̄ andmit ab angelo reuelavit.
Meretrix h̄ audies q̄ adhuc diu
 na q̄m̄ eam p̄teriss̄. dicebat. **O**
 m̄mā d̄m̄ q̄ magna ē pietas tua.
 que me adhuc fetidissima nō ren
 nuisti. **S**i queris volo. et in ista
 cella q̄ diu vīno manebo iclusa
 pro mea enormitate. **E**t sic ip̄a
 fca est iclusa cū alia iclusa. **I**us
 ergo p̄missis diligenter attentis.
 sumē caueam⁹ alios iudicare. s̄
 magis rogem⁹ sp̄m̄ s̄m̄ ut doce
 at nos veritate de nobis. **S**im⁹
 agnosce. **S**ecō docet sp̄s sc̄us
 veritate de rebus. **D**ocet aut̄ q̄
 sunt vilia. breuia. vtilia. et pe
 nulla. **P**ter qd̄ dicit veritas ma
 thei. **Q**uid p̄dest hom̄ si vniū
 sū m̄m̄dū lucret. **R**e. **D**e quib⁹ dicit
 bernard⁹. laboras ut acquiras. ac
 quiras ut p̄das. p̄dis ut doleas.
Ite quidā versificator. **D**ives diu
 cias nō aggregat absq̄ labore. **P**rec

J.

ex

oīs suauitē

tenet absq̄ metu. nec deserit absq̄ do-
lore. **I**te iste res mūdane acquisite.
aīn hūmānū nūq̄ faciāt. s̄ magis cru-
ciant. **V**n̄ hugo de s̄o victore. Omnis
iocūditas. oīs potēcia. oīs opulēcia
rez creatorz allie cor hūmānū potest
faciare aut nō p̄. **I**te anselm̄. Omnis
creatura que de9 me9 nō est. in rōpia
est. **E**t quare. **Q**uia reuera sedm̄ b̄m
gregorū in libro moralū. Alia hūana
que ad deū appetendū est creata. quid
q̄ infra deū appetit min9 ē. p̄o iure
ei nō sufficit qd̄ de9 nō ē. **T**ercio
docet sp̄s s̄ūs veritatē de deo. **D**e quo
